



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 168. Intra quod tempus perfici debeat ac publicari permutatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

1107 §. II. Quomodo committi possit simonia confidentialis in permutationibus, dictum est l. 3. p. 1. n. 67. ; quomodo autem alia etiam simonia sæpe in his committatur, satis indicatum est ibidem & hic per decursum.

1108 Q. 168. Intra quod tempus perfici debeat ac publicari permutatio. R.

§. I. Non est à jure statutum certum tempus, intra quod beneficia permutata conferri debeant: Dicunt quidem rectè *Garc. & Leur.* p. 3. q. 865. n. 2. vi *Constit. Greg. XIII.* debere intra mensem admitti vel rejici permutationem, putantque etiam intra mensem debere fieri provisionem, sed vide dicta n. 1030., quæ etiam hic valent.

1109 §. II. Permutatio publicari debet, eo modo, quo dictum est à n. 1036. de resignatione, debetque publicatio fieri ab utroque permutante, uti tenent *Paris. Az. Chok. Leur.* q. 776. contra *Nav. Barb. Ventrig.*, Putantes satis esse fieri ab alterutro: si tamen ab uno eorum negligatur, id non nocet alteri, *Gonz. Paris. Tond.* apud *Leur.* q. 871. n. 4. Et debet hæc publicatio fieri intra tempus notatum de resignatione n. 1071.

1110 Q. 169. Quid dicendum sit, si permutatio non habeat effectum, vel si non servetur conditio apposita. R.

§. I. Si permutatio non habuit effectum, uti si resignatione ab uno factâ alter noluit aut non potuit vicissim resignare, posse primum sine nova collatione redire ad suum beneficium, docent l. *Andr. Franc. Senis, Rossin. Duar. Paris. Less.*, quia resignavit sub conditione, si non suspensiva, saltem resolutiva, ut suum beneficium cum alterius beneficio commutetur, & conditione non impletâ non fuit voluntas abdicandi jus, adeoque beneficium ejus non videtur vacasse,